

P. lat. rec.

1308

Gemitus

Ad præmaturum obitum

ADOLESCENTIS PIETATE,

*Virute, optimisque disciplinis præclare
ornati*

BARTHOLOMAEI
NASSERI,

Primæ Classis in Argentoratensium florentis.
Gymnasio discipuli diligentissimi.

*Quem Deus ter opt. max. ex his ærumnis ad cœ-
lestem beatorum requiem plausumque voca-
vit 24. die Octobris, Anno Salutis
1636. ætatis 16.*


Ab Amicis & Commilitonibus
editi & consecrati.



ARGENTORATI,

Typis WILHELMI CHRISTIANI GLASERI,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M DC XXXVI.



*Ad pie defunctum Adolescentem,
Discipulum suum charissimum.*



Uam tua me subitæ percellunt spicula
mortis,

Quàm terrent animum nuncia dura
meum!

Ecquid adhuc sperem firmum & durabi-
le? fumus

Spes mea, vana simul bulla fluentis

Aut si major erit meliorque, tenerrima veris (aqua,

Primula, quam rapidus proterit Eurus, erit.

Spes mea, sed brevior verno N A S S E R E fuisti

Gramine, vix paucos nata manensque dies.

Sperabam siquidem lætum fore tempus, ut olim,

Cujus non piguit nomen habere, tui

Doctrinam, mores, animum, zelumque referres,

Virtutem atque omnem vim sequereris Avi,

Ceu præ te speciem specimenque insigne ferebas.

Mors tamen heu fecit spem nihil esse meam.

Quid pater & mater, si tristis epistola mortem

Narrabit miseris & cita fata modis,

Quid facient? forsan jam vellicat angelus aures,

Et grave præfagit mentis imago malum,

Dum procul hærentes Cimbrorum littore nati

Adventum expectant speque metuque sui,

Nequa viæ gustet discrimina, nequa latronum

Damna agiles lædant insidiaque pedes.

A D
BIBL. UNIV.
MONAC.

Universitäts-
Bibliothek
München

At pater & mater finite hoc mea carmina fari,
 Vestram prævenit spemque metumque Deus.
 Incolumemque poli perduxit ad atria Natum:
 Hoc lare, non alio porrò videndus erit.
 Interea viridi tegit Argentina sepulcro
 Exuvias rapti pignoris ante diem.
 Testaturque senem genio, juvenemque fuisse
 Annorum (fatis hoc laudis habere) gradu.

Mæstissimus scripsit

Samuel Glonerus.

O Juvenes. queis una ætas, queis una palastra
 Artis, mosque unus. vita, vigorque fuit,
 Hesternâ, vos inter eram quâ, luce; superque est.
 Me moriente, hodie: discite qualis eram?
 An minor, an maior fortunâ, corpore, mente,
 Vobis? ac aliis, quæ dat Iova, bonis?
 Stirps tibi? clarus avus, mater, mihi, cura parentum:
 Et præceptorum? defuit illa quidem,
 Compensavit eam tamen Hospitis atque Tuentis,
 Atque Magistrorum provida, dextra fides.
 Sanus eram, formosus eram, flos ipse iuventæ
 Ridebam, totum vivere, cura fuit;
 Quin nec cura fuit, vivens securior, ut qui
 Incautus iuveni pectore mortis eram.
 Pœnitet, ô iuvenes! phrygios deponite mores,
 Et sapite, exemplo, dum manet hora, meo.
 Indole pollebam, sperabat patria de me
 Optima, si studiis vita superstes erat.
 Nunciaceo, fortuna iacet, corpusque cadaver,
 Pallida forma, animus sistitur adque Deum:
 Exigitur ratio vitæ: nisi, Christe, clienti
 Effes patronus, va mihi, qualis ego?

Quorsum

Quorsum ego? congenito laxavi frena malignæ
 Qui toties vitio? quid? nisi, Christe, meus.
 O iuvenes, qualem reperi, quid proficit, in omni
 Aetate, studiis, tempore, mente, loco;
 Discite, res gravis est, Christum. nam qualis ego sum;
 Tales cras eritis, qui, velut estis, eram.

F. M. Balthasar Scheid.

Ach daß mein lieber Freundt in seinen kurzen Jahren/
 Des Todes Bitterkeit an jeso muß erfahren!
 Weil er in schneller Eil gänzlich wird hingerafft/
 Mein Augen sind darob mit Thränen sehr behafft.
 Wann sich das grosse Leydt wird zu den Eltern lencken/
 Wie meyn ich/ meyn ich doch daß sie sich werden fräncken
 Umbihren lieben Sohn/ auch umb ihr Hersens Frewd/
 Die sich verkehret hat in Kummernus vnd Leyd.
 Ob schon die trawrig Post den Eltern bringet schmerzen/
 Wird doch der höchste Trost erlaben ihre Hersen/
 Wann ihn zu Ohren kompt sein tugentsamer Sinn/
 Der ihn geleitet hat mit künstlichem Gewinn.
 Bevorab weil er sich der Gottesforcht beflissen/
 Die ihn an seiner Seel nunmehr thut freundlich küssen/
 Ja die geschwungen sich ins Himmels blau Gezelt/
 Mit ihm da triumphirt/ vnd eine Music hält.
 So will ich nun an jesh ihm seine Frewde lassen/
 Vnd hie auff dieser Welt noch gehen meine Strassen/
 Bis mich der Seelen Hirt auch zu ihm nimmet auff/
 Vnd bis ich ändern muß meins sauwren Lebens Lauff.

Zu letzter Ehr vnd Mitleyden gestellet
 von mir

Heinrich Gevern Jün.

Eheu NASSERUS tenero succumbit in ævo,
 Quem rapuit subitò mors inopina gradu.

A 3

NAS.

NASSERUS nobis udis deflendus ocellis,
Et semper tristi corde dolendus erit:
En video solito quid tristius ire Camænas?
Cultorem deflet turba novena suum.
Musarum focii socium lugete dolentes
NASSERUM, luge Nasseriana domus,

Condiscipulo suo dilectissimo lugens
apposuit

Paulus Barbette.

Quo te fata ferunt? quo te jubes Atropos ire?
Te jubes in cælum certe migrare: sed eheu!
Me, tibi qui longo sum junctus amore, relinquis?
Nobis una fuit coniunctio mentis, ut unus
Convictus fuit & tecti fuit usus, & unus
Musarum cultus, qualis sociavit Oresten
Et Pyladen amor, hæc etiam servavit & alto
Obsequio cinxit præcordia. faucibus hæret
Vox mea, mens torpet, tremor ossa geluque fatigat;
Nec sine te magnis affectibus edere possum,
Nec sine cordolio possum prægnante tacere.
O duras nimium Parcas, nimiumque feroces!
Ut tamen harum iram majori vincere mente
Invidiamque queam, Musa mihi porcite fletum,
Aut ipse plorate rogo, juvenemque peremptum,
Quippe fuit vestri cultor non segnis honoris,
Ferte Maronæo super ardua sidera versu.

Convictori & commilitoni suo
dulcissimo f.

Joh. Michael Frenstatter.

Exces-

EXcessit vitâ meus, ah! NASSERUS amicus,
Occidit ante diem, teneroq; exaruit ævo.
Aerumnis autem quantis, quantisq; periculis
Excessit? quantum felicius ille putandus,
In celso quicumque diem domino benè clau-
dit.

Charissimo suo commilitoni mæstus
apposuit

Friedericus Wolff Argent.

QVos sal, quos lectus, quos mensa, domusque, studendi
Curaque conjunxit, latior atque status,
Et socialis amor, qui non conjungeret illos
Tristitia affectus, dum moriendo fugis?
Qui non iusta tibi dare summa, & dicere carmen,
Vel plorare magis cogeret? Euge vale.
Euge vale, dormi securus, abique beatos.
Ad manes, rursus dum tibi iunctus ero.

Scribebat suo Commensali

Johannes Grünwaldt Argent.
III. Cl. Discip.

F I N I S.

Univ. Bibl.
München